

duob. modis: vno modo simplicissime, vt Deus est alio modo *συνθεσμῶ* vnus dicitur, quomodo syllogismus est *εἰς λόγος συνθεσμῶ*, multo magis, quam Ilias: Ita etiam multiplex dicitur duobus modis: vno modo, cum non vnū de vno sed plura significat: altero modo cum *λόγος* est *ἀσυνάπτος* & *ἀσυνήθετος*, vt cum *δico*, syllogismi sunt *ἀσυνάπτοι*.

Ex his intelligitur ἀπλὴ ἀπόφανσις, seu simplicem enuntiationem esse orationem, qua aliquid de aliquo affirmamus, aut negamus pro ratione temporum, nempe presentis, prateriti, & futuri.

C A P. V. D E A F F I R M A -
tione, & Negatione.

OMnis enuntiatio est affirmatio aut negatio, quibus verum & falsum diiudicantur, & distinguntur. Affirmatio est enuntiatio aliquid de aliquo asserens. Negatio verò est enuntiatio aliquid de aliquo tollens inficiando.

Omnis enuntiatia est affirmatio, aut negatio.

Vsu venit autem, vt id quod est, non esse interdum dicat aliquis, & id quod non est, esse asserat: idque non solum ratione presentis, verum etiam prateriti, & futuri temporis. Ac duo quidē priores illi modi falsum omne, duo verò posteriores verum omne complectuntur.

† Idemq; id qd est, & id qd non est esse.

Quod si enuntiatio prior duorum priorum modorum opponatur priori enuntiationi duorum posteriorum: itēque si enuntiatio poste-

Oppositio enuntiationorū,

b.ii.